



**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XLVIII. De Ecclesiis ædificandis vel reparandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

TITULUS XLVIII.

De Ecclesiis ædificandis, vel reparandis.

SUMMARIUM.

1. *Quid hic intelligatur per Ecclesiam.*
2. *Quid requiratur, ut ædificetur nova.*
3. *Quinam obligentur ad reparandam ruinosam Ecclesiam.*

1. **E**ccl^{esi}a hic denotat ædem, in qua Fideles conveniunt non tantum ad orandum, sed etiam ad audiendam Missam & Verbum DEI, atque ad percipiend^c Sacra^menta, Episcopi auctoritate constitutam, consecratam, vel benedictam. De hac inquirendum 1. quid requiratur ad novam Ecclesiam, maximè Parochialem, ædificandam. 2. & qui ad eam, si collapsa vel destruta vel ruimosa fuerit, reparandam sumptus conferre debeant.

2. Dico 1. Ut ædificetur Ecclesia nova, requiriatur 1. Consensus & authoritas Episcopi, locum congruum designantis, ibique crucem figentis, & primum lapidem ponentis; quæ tamen per substitutum quoque facere potest. 2. Competentis dotis, quæ sufficiat ad procuranda lumenaria, sacrum ministerium, custodiam, & custodum stipendia, assignatio. 3. Absentia præjudicium alterius Ecclesiæ, præsertim Parochialis, nisi aliud exigat necessitas vel alia justa causa: quale tamen præjudicium esse non censetur concursus populi

ad

ad antiquiorem Ecclesiam fortè imminuendus.
 Textus & DD. in c. fin. h. t. c. 8. de consecr. Eccl. c.
 4. de privil. in 6. & can. 9. d. 1. de consecr. Ut
 autem ædificetur nova Ecclesia Parochialis intra
 fines alterius Parochiæ, requiritur ulterius I. præ-
 ter autoritatem Episcopi etiam consensus Ca-
 pituli. 2. Ut adsit justa ac specialis causa, qualis
 esse censetur magna difficultas Parochianorum,
 v.g. ob distantiam, interjacens flumen, &c. in ade-
 unda Ecclesia Parochiali, vel periculum, ne quis de-
 cedat sine Sacramentis &c. 3. Ut saltem I.O. fami-
 liae adsint pro nova Parochia. 4. Ut audiatur Paro-
 chus antiquus, Patronus, & alii, quorum interest,
 licet consensus eorum non sit absolute necessarius.
 5. Ut novæ Ecclesiæ statuatur tanta dos ex reditib-
 bus antiquæ Ecclesiæ seu Matris (salvâ tamen con-
 gruâ antiqui Parochi) vel aliunde, quanta sufficit ad
 sustentationem novi Parochi, ad luminaria, & mi-
 nisteria sacra. 6. Ut antiquæ Ecclesiæ servetur
 competens honor, ab Episcopo determinandus,
 v.g. aliquis census annuus: Parocco autem anti-
 quo, si dos ex ejus reditibus sit assignata, jus præ-
 sentandi novum Parochum. Trid. f. 21, c. 4. de ref.
 c. 3. & fin. h. t. & ibi DD. c. 3. 9. de his, quæ sunt
 Pral. can. 3. caus. 10. q. 3. can. 9. cit.

Dico 2. Ecclesia (maximè Parochialis : idem 3
 est de ædibus & domo Parochi) si collapsa fuerit
 vel destrœta, vel ruinosa, reparari ac restaurari
 debet I. ex reditibus ipsius Ecclesiæ, si habeat
 sufficientes pro fabrica & necessitatibus suis de-
 signatos. 2. His deficientibus ex toto, vel ex
 parte, saltem concurrere ad reparationem tenen-
 tur Beneficiati & Parochi, si habeant redundantias.

tes ultra congruam sustentationem redditus ab Ecclesia, item Patroni, Decimatores, ac alii protata fructuum, quos quomodocunque ex tali Ecclesia provenientes percipiunt. 3. Si nec illi superfluos, nec isti ullos redditus ab Ecclesia percipiunt, obligatio incumbit populo & parochianis Sacra menta aut alia Divina percipientibus in tali Ecclesia. Trid. s. 21. c. 7. de ref. c. 1. 3. 4. h. t. caus. 10. can. 10. q. 1. & can. 1. seqq. q. 3. Sed nota, ante prædictos obligari illos, qui vel ex conventione, vel statuto, vel consuetudine ad raparationem astriguntur. Item observa, decimatores Laicæ seu, qui Decimas penitus sacerdotalizatas percipiunt, sive sint Laici sive Clerici, seclusa consuetudine contraria probabilius non teneri concurrere. Nav. de redit. Eccl. n. 5. 57. & teste Zypso de Paroch. consult. 4. n. 2. plerique DD. ex ratione, quia tales decimæ ab Ecclesia & officio spirituali avulsæ non amplius sunt proventus Ecclesia, sed bona merè temporalia, oneri bonorum & proventum Ecclesiæ non amplius annexa, & habent se instar patrimonialium. Decet tamen, ut & isti ubi opus est, concurrant.

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, Cæmeterii, & Rerum ad eas pertinentium.

SUMMARIUM.

I. Quid & quotuplex sit Immunitas Ecclesiastica.

2, Imp.